



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XLI. Spoletana juris pascendi. An Communitas facere possit Statuta
adimenta vel restringentia civibus & incolis naturalem civicam facultatem
pascendi cum eorum animalibus in patrio territorio, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

inermem vitam ducere, ut in specie Adden. ad Capc. Latr. dicta decis. 66.

Alterum erat fundamentum attentatorum exclusivum, quod inhibitus loqueretur de animalibus vaccinis, ideoque non trahenda ad oves aliaque animalia, ex diversa ratione inter unam & alteram animalium speciem militantem, cum vacina diserviant ad necessarium usum agriculturæ, ideoque multa privilegia eis conceduntur, quæ alijs animalibus non congruent ex deductis per Rat. in pragm. 1. de bestijs vaccinis &c. passim habentur apud Gai. de credito & alios circa boves aratores non excquendos cum similibus, & conserunt quæ habentur apud Otter. de pascuis cap. 4. n. 33. cum sequen. circa aliquid jus pecuniale hujusmodi animalium, & multo magis ubi subfisteret præsupposita observantia, quæ generaliter in omniam materia & quocumque dubio dictrit optima interpres non audiui amplius actum de causa, unde incertus est exitus probabiliter sequutus per concordiam.

SPOLETANA

JURIS PASCENDI
PRO

F R A T R I B U S D E B U C C I O L I S
C V M

C O M M U N I T A T E M O N T I S F A L -
C H I

Casus disputatus in Congregatione boni regiminis, credo resolutus pro Communitate.

An Communitas facere possit Statuta admittentia vel restringentia civibus & incolis naturalem civicam facultatem pascendi cum eorum animalibus in patrio territorio, Et an in hoc suffragentur privilegia; quæ per dohanam ejus affidatis conceduntur.

S U M M A R I U M.

- 1 F Alti series.
- 2 De privilegijs affidatorum dohanæ.
- 3 Communitates subditæ non possunt facere statuta contra jus.
- 4 In concernentibus interesse singulorum major pars non potest præjudicare minori.
- 5 Civibus competit jus pascendi in patrio territorio & statuta ad prohibentia sunt juri contraria.
- 6 Quando iste prohibitiones dicantur ex emulatio- ne vel malignitate.
- 7 Declarantur conclusiones de quibus n. 5 & 6.
- 8 De pluribus casibus in quibus licitum redditur Communitati pascua refringere vel prohibere etiam aliquibus civibus dissentientibus.

DI S C. XL I.

C Um in oppido Montisfalchi contigeret, neminem ex civibus & incolis habere oves, præterquam fratres de Bucciolis cives domiciliarios, qui satis notabilem ovium gregem habentes, atque hyberno tempore sumentes in maritimis pascua dohanæ Patrimonii, potiebantur

pascuis astivis in dicto patrio territorio, Communitas dicti loci condidit statutum seu decretum, quod nemo ex civibus retinere posset, nisi certum numerum ovium, ad effectum, ut omnibus commoditas pataret habendi animalia, quæ ibi depasci possent. Adversus quam provisionem recurrentibus dictis Bucciolis ad Congregationem boni regiminis. Assumptaque disputatione, causa patronus qui pro eis scribebat, principale fundatum constituebat in privilegij competentibus affidatis dohanæ, inter quæ illud continetur, ut non possint prohiberi pascua sumere, neque subjaceant oneribus fidae & diffidae, aliarumq; poenarum ob damna data &c.

Ego vero scribens pro eisdem neglexi hoc fundatum utpote omnino fragile, quoniam dicta privilegia recte procedunt in actu accessus & recessus à pascuis dohanæ, non autem pro mœra toto tempore astivo, in quo ad summum eadem privilegia possunt suffragari, ne subjaceant poenis per singulorum locorum particularia statuta inflictis pro dananis datis, non autem inducent exemptionem à pretio herbae & pastorum sine licentiam sumendi pascua aliena invitatis dominis, Adinstar eorum, quæ habemus in clericis animalia habentibus, ac ni privilegio Ecclesiastice immunitatis defuper eis competente, ex deductis in his terminis in Tarentina censoriarū sub tit. de jurisdictione disc. 61.

Dicebam vero scribens tanquam Advocatus, hujusmodi statutum seu decretum non accipere ex defectu potestatis, duplamente. Primo quam Communitates subditæ, tam de juri communii, quam fortius in Statu Ecclesiastico ob Egidianam statuere vel decernere non possunt contra jus, ut per Greg. & Adden. decis. 267. Buratt. & Adden. decis. 6. & 219. Et secundò magis in specie, quod cum hoc jus pascendi non conceinat interesse civium in universum, sed interesse singulorum, non potest major pars desuper statuere, ac minori dissentienti præjudicare, sed omnium confensus requiritur, ut ultra generalia, de quibus Franch. decis. 2. quæ videtur in materia magistralis cum ibi deductis per Adden. & per Rot. apud. Cavalier decis. 134. in fin. alijs per Buratt. & Add. decis. 573. In his specialibus terminis prohibendi vel restringendi pascua civibus in patrio territorio jure civico competentia ex Ripa responso 93. in antiquis, alias 22. lib. 1. Franch. decis. 197. nn. 12. Otter. de pascuis cap. 12. num. 3. bene Petra in addit. ad Capc. dec. 52. n. 2.

Quod autem dictum Statutum esse contra jus, dicebam esse jure clarum, quoniam de jure civibus & incolis competit in patrio territorio aperto & communali, ac publicis pascuis destinato, cum eorum animalibus depasciendum habitatoribus permittiendi sunt illi usus, sine quibus alias commodè vivere non possent, ne iherinem vitam ducere cogantur, ut probant text. in l. omnes Cod. de oper. public. l. dum virum Cod. de curion. lib. 10. cum concord. per Bertrand. cons. 37. num. 1. volum. 1. Novar. de gravam. vasall. par. 1. gravam. 32. & supponitur absolutum apud Franch. Otter. & Perram ubi supra; ac habetur in Sabinen. juris lignandi hoc tit. disc. seqq. & alia Sabinen. Status Montis Libreti sub titulo de fendiis disc. 63.

Accedente etiam præsumptione malignitatis seu simulationis, nam exinde resultabat alterius damnum absque Communitatis, vel aliorum civium utilitate, dum alij non habebant animalia, in quo proprie simulatio consistere dicitur, ubi scilicet quis facit, vel respective prohibet id quod sibi nullam

nullam afferit utilitatem, & alteri damnum causat, ut notat ad materiam *text. in l. altius Cod. de servit & aqua cum concordat. apud Capyc. Latr. dec. 50. & Rot. decis. 61. par. 5. rec. & sepius.* Eten his specialibus terminis, quod hujusmodi statuta vel decreta continere soleant liborem & iniquitatem, quam frequenter seignores & pauperes cives nutriti aduersus industrios & divites, advertitur apud *Otter. dicto cap. 12. n. 3.*

Hæc scribebam tanquam Advocatus, Refleßendo autem ad veritatem, ab initio juxta consuetudinem partibus libere insinuatam, dicebam istam esse quæſionem potius facti quam juris non recipientem generalem & uniformem determinationem, sed decidam prudens judicis arbitrio, ex facti qua'itate, ejusque particularibus circumstantijs, an scilicet concurret necne iusta & rationabilis caſa faciendi hujusmodi prohibitions vel restrictiones. Si enim talis caſa non concurreret, de plano præmissa intrarent, ut in specie adverterit per *Avendan. de exequendis mandatis cap. 13. num. 10.* ac admittunt vel supponunt ceteri, de quibus infra, cum tunc proprie intret motivum amputationis seu malignitatis, consideratum per *Otter. ubi supra*, ut alteri damnum absque propria utilitate inferatur. Quinimo cum damno proprio, quoniam Communitatum, ipsorumque particularium civium pauperum & non industriosum interest, alios ad eis cives industrios & divites, per quos onera publica pro modo facultatum ita magis in eorum levamen supportentur.

Tres autem caſe in proposito ponderari solent hujusmodi proviſiones excufantes, Primo scilicet, ubi ad consulendum publicis oneribus, & necessitatibus alio commodiori modo deficiente, congrua & rationabile reputetur aliquam territorij partem restringere vel prohibere, ut ita ex pretio illorum pafcuorum exteris vel eisdem civibus vendendorum, dictis necessitatibus consulatur, & tunc publica caſa præfertur private, ideoque major pars, non obſtante contradicitione minoris concludit, juxta caſum de quo apud *Franch. dicta decis. 197. Maſtrill. dec. 49.* cum alijs per *Cohell. ad Bullam boni regiminis cap. 50. num. 157. & sequen. Novar. dicta par. 1. gravam. 30.* apud quos ceteri.

Alter caſus est insinuatus in *Corana dict. 38.* & in alijs, ubi scilicet aliqua territorij pars pro ſervitio agriculturæ, ac beneficio publicæ annonæ refervatur pro meliori pafcuo boum aratoriorum, faciendo, ut vulgo dicitur, *mezzanas*, seu *bannitas*, ne oves, capræ, fues aliaque animalia immitti poſſint, quoniam pariter dicitur bonum publicum anteponendum privato, ut per *Covarr. praet. cap. 37. Sess. dec. Aragon. 74. Capob. de Baron. tom. primo pragm. 11. num. 32.* cum ſeqq. *Novar. par. prima grauam. 34.* apud quos ceteri.

Tertius dehum caſus est, ubi ita statuitur ad commune omnium civium commodum & utilitatem, ne scilicet diſtiores & potentiores excessivum numerum animalium ad industriam retinentes, totum territorium ita occupent, quod minus potentium civium uſum impediāt, unde propterea iustum & rationabile est ut ita certus numerus moderatus determinetur, ad equalitatem, ac debitam proportionem fervandam, ut ex magistrali traditione, *Alberic. in l. Imperatores ff. de servit. rustic. pradiorum firmant ceteris antiquoribus al-*

legatis Avendan. dicto cap. 13. num. 10. Cancer. par. 3. var. cap. 4. num. 66. Capob. de Baron. tom. 2. cap. 79. num. 3 & 4. Cobell. ad Bullam dicto cap. 50. num. 199, & conferunt que remissive insinuantur in Amerina hoc eodem tit. dict. 16. de restringenda facultate competente Baroni, ſeu Dominio loci tanquam primo civi, ut vel juxta unam opinionem tot animalia retinere poſſit, quoſ dicitur civis, vel quoſ duo ex diſtioribus, vel probabilius judicis arbitrio, inſpecta quantitate territorij, numero & qualitate civium, ac alijs circumſtantijs.

Applicando igitur ad rem, verificari non poterat hæc ultima caſa, cum ſupponeretur alios cives non habere oves, aliaque animalia, mihiſque ſecunda, ſed bene credebam poſſe congrueri primaria, ut ſcilicet præfinito moderate numero, pafcuæ excedentia poſſent exteris vendi, eorumque animalia ibi affidari, ut ex pretio reliqui cives in onerum ſupportatione ſublevari poſſent, atque ita in aequipollenti obtinerent illum uſum, qui debet eſſe omnibus communis; Incertum tamen tunc erat, an iſta caſa verificaretur necne, atque ab hoc pro meo judicio pendebat cauſe exitus, de quo remansi incertus, puto tamen, juxta frequentiorem Congregationis prudentem ſtylum, quoſ fuerit vel favore Communitatis, vel cum aliquo honesto temperamento.

S A B I N E N.

J U R I S . L I G N A N D I

P R O

C O M M U N I T A T E M O N T I S
L I B R E T T I

C V M

E J U S B A R O N E.

*Responsum pro veritate incerto
requirenti.*

De uſu lignandi, ſeu pafcendi & aquandi
competente Civibus vel incolis, Et an
per loci Dominum prohibere poſſit.

S V M M A R I V M

¹ **A**N Dominus loci prohibere poſſit Civibus
& Incolis uſum lignandi & pafcendi.

² Hic uſus non importat ſervituum

³ Affigantur rationes, ex quibus Dominus non
poſteſt populo prohibere hunc uſum.

D I S C . X L I I .

Requiritur, quid in ſupradicta controverſia pro veritate ſentire, an ſcilicet loci Dominus ad quem ſupponitur ſpectare nemora, ſilvas, foreſtas, & loca campifolia, tam quod ad emolumenta pafcuorum, quam lignorum, prohibere poſſit ejuſdem loci civibus, & incolis, ne pro eorum uſu ligna incidere, & pafcuæ ſumere valeant; Respondi ceſſante privilegio ſeu præſcriptione legitime inducta, regulam tam ex diſpoſitione juris, quam